

modis. scđm iussum regis. Et uidit mathathias et doluit. et contremuerunt renes eius. et accusus est furor eius scđm iudicij legis. et insiliens trucidauit eū sup aram. Sed et virum quē miserat rex antiochus qui cogebat immolare trucidauit in ipso tempore. et aram destruxit. et zelatus est legem sicut fenees zambri filio salomi. Et exclamauit mathathias uoce magna dicens. Omnis qui zelum habet legis statuens testamentū exeat post me. Et fugit ipse et filii eius in montes. et reliquerunt quaecumque habebant in ciuitate.

**N**unc descenderunt multi querentes iudicium et iusticiā in desertū: ut sederent ibi ipsi et filii eorum. et mulieres eorum et pecora eorum. quā indurauerunt sup eos mala. Et renuntiatū est viris regis et exercitiū. qui erant in iherusalem ciuitate dāuid: quā discessissent viri quidam qui dissipauerunt mandata regis in loca occulta in desertū: et abisseint post illos muli. Et statim prexerūt adūsus eos constituerūt adūs eo plūi die sabbatorū: et dixerunt ad eos. Resistatis et nunc. Adhuc excite et facite scđm uerbum regis: et uiuetis. Et dixerunt. Non exhibimus neq; faciemus uerbum regis: ut polluamus diem sabbatorū. Et concitauerunt ad

uersus eos predium et non responderunt eis: nec oppilauerunt loca occulta. dicentes. Moriam̄ omnes in simplicitate nostra: et testes erunt sup nos celum et terra. qđ iniuste p̄dītis nos. Et maulerunt eis bellum sabbatis: et mortui sunt ipsi et uxores eorum et filii eorum. et pecora eorum usq; ad mille animas hominū. Et cognovit mathathias et amici eius: et luctum habuerunt sup eos ualde.

**E**t dixit uir p̄ximo suo. Si omnis fecerimus sicut fr̄s nr̄i fecerunt et non pugnauerimus aduersus gentes p̄ animab; nr̄is et iustificationib; nr̄is: cūcūs dispident nos a terra. Et cogitauerunt die illa dicentes. Omnis homo quicūq; uenerit ad nos in bello die sabbatorū. pugnemus aduersus eum: et non moriamur omnis sicut mortui sunt fr̄s nr̄i in occulis. Nunc congregata est ad eos synagoga nūdeorum fortis virib; ex iis. Omnis voluntarius in lege. et omnes qui fugiebant a malis addūti sunt ad eos: et facti sunt illis ad firmamentū. Et collegerunt exercitū. et p̄causerunt peccatores in ira sua: et uiros iniquos in indignatione sua. et ceteri fuderunt ad nationes ut euaderent. Et circumiuit mathathias et amici eius: et destruxerunt aras. et circunciderunt pueros incircuncisos. quotq;

inuenientur in similibus; si sit in for-  
titudine. Et persecuti sunt fi-  
lios superbie. et prosperatum est  
opus in manu eorum: et obtu-  
nuerunt legem de manibus  
gentium. et de manib; regum.  
et non dederunt cor nū pec-  
catori.

*F. 117*  
**E**t appropinquauerunt di-  
eis mathathie moriendi: et di-  
xit filius suus. Nunc conforta-  
ta est superbia et castigatio: et  
tempus eversionis et ira indi-  
gnationis. Nunc ergo os filij e-  
mulatores estote legis. et date  
animas uras p testamento pa-  
triū. et memento opum patrū.  
que fecerunt in generationib;  
suis. et accipietis gloriam magnā  
et nomen eternum. Abraham  
nonne in temptatione. inuen-  
tus est fidelis. et reputatū est ei  
ad iusticiam? Ioseph in tempo-  
re angustie sue custodiuit mā-  
dandum: et factus est dñs egyp-  
ti. Finees pater noster: zelando  
zelum dei: accepit testimoniū  
sacerdotij eterni. Iesus dum  
uerbum impleuit: factus ē  
dux isrl. Caleph dum testifi-  
catur: in ecclia accepit heredi-  
tatem. Dauid in sua misericordia:  
consecutus est sedem regni in  
secula. Hebyas dum zelat re-  
lum legis: receptus est in celū.  
Ananas. azarias. misahel. cre-  
dentes: liberati sunt de flamma  
Danhel in simplicitate sua li-

153  
veratus est de ore leonū. Et ita  
cogitate p generationē et gene-  
rationē: quia om̄s qui spant  
in deo non infirmantur. Et a  
verbis unī peccatoris ne timue-  
ritis: quia gl̄ia eius stercus et  
uermis est. Hodie extollitur et  
cras non inuenietur: quia con-  
uersus est in terram suā. et co-  
gitatio eius piet. Vos ergo filij  
confortamini et uiriliter agite  
in lege: quia mi ipsa glorioſi  
eritis. Et ecce symeon frater ue-  
ster scio quod uir consiliū est:  
ipsum audite semp. et ipse uo-  
bis erit pater. Et iudas macha-  
beus fortis uirib; auuentute  
sua. sit uobis princeps militiæ:  
et ipse aget bellum poplī. Et  
adducetis ad uos omnes facto-  
res legis: et iudicaret uindi-  
ctam poplī uiri. Et retribuite  
retributionē gentib;: et inten-  
dite in preceptum legis. Et be-  
nedixit eos et apositus est ad  
patres suos. et defunctus est  
centesimo et quadragesimo  
sesto anno. et sepultus est a  
filii suis in sepulchris patrū  
suorū in modin: et planxerit  
eum om̄is isrl planctu magno.

*F. 118*  
**E**t surrexit iudas qui  
uocabatur machabeus filius  
eius p eo: et adiuuabant eū  
om̄is fr̄s eius et uiversi qui se  
commixerant patri eius. et  
prelabantur preliū isrl cum  
leticia. Et dilatauit gloriam po-

pupulo suo: et induit se loricā  
sicut gigas. et succinxit se ar-  
ma bellica sua in p̄t̄līs. et p-  
tegebat castra gladio suo. Si-  
milis factus est leoni in opibus  
suis: et sicut catulus leonis ru-  
giens in uenatione. Et p̄secut⁹  
est iniquos p̄scrutans eos: et q̄  
conturbabant popl̄m suū eos  
succedit flammis. Et pepulsi  
sunt inimici pre timore eius.  
et om̄s oparij iniquitatis con-  
turbati sunt: et directa est sa-  
lus in manu eius. et exacerba-  
bat reges multos. et letificabat  
iacob in opibus suis. et in sc̄līm  
memoria eius in benedictione.  
Et pambulauit ciuitates iu-  
da et pdidit impios ex eis: et  
auerit iram ab isrl̄. Et nomi-  
natus est usq; ad nouissimum  
terre: et congregauit peccantes.  
**E**t congregauit apollonij  
gentes. et a samariam uirtutē  
multā et magnā: ad bellandum  
contra isrl̄. Et cognouit iudas  
et exiuit obuiam illi: et pacis-  
sit et occidit illū. et ceciderūt  
multi vulnerati. et reliqui fu-  
gerunt. Et accepit spolia co-  
rum. et gladiū apollonij ab-  
stulit iudas: et erat pugnans  
in eo om̄ib; dieb;. Et audiuit  
seron princeps exercitus syrię  
qd congregauit iudas congrega-  
tionem et eccliam fidelium  
sc̄lū: et ait. Faciam michi no-  
men et glorificabor in regno:

et debellabo iudā & eos qui cū  
ipso sunt qui spnebant uerbū  
regis. Et preparauerunt se et  
ascenderunt cum eo castra im-  
piorum fortis auxiliarij: ut fa-  
cerent uindictam in filios isrl̄.  
Et appropinquauerunt usq;  
bethoron: et exiuit iudas obui-  
am illi cum pauci. Ut uiderunt  
autē exercitū uementē sibi ob-  
uiam: dixerunt iude. Quoī  
poterimus pauci pugnare ad  
multitudinem tantam. tam  
fortē? Et nos fatigati sumus ie-  
numio hodie. Et ait iudas. Faci  
le est concludi multos in manus  
paucorū: et non est differentia  
in conspectu dei celi liberare in  
multis aut in paucis. quia non  
in multitudine exercitus uicto-  
ria est bellū. sed de celo fortitu-  
do uenit. Ipsi ueniunt ad nos  
in multitudine contumaci. et  
supbia: ut disperdat nos et uxo-  
res nřas et filios nřos. et ut spoli-  
ent nos. Nos uero pugnabimus  
pāmīab; nřis et legib; nřis:  
et ipse dñs conteret eos ante fa-  
ciem nřam. Vos autē non timu-  
eritis eos. Ut cessauit autē lo-  
quens. insiluit in eos subito:  
et contritus est seron et exer-  
citū eius in conspectu ipsius.  
et p̄sequebatur eum in dicessu  
bethoron usq; in campum. et  
ceciderunt ex eis octingenti ui-  
ri: reliqui autē fugerunt inter  
ram philistijm. Et cecidit timor

nde ac s̄m eius et formido sup  
omnes gentes in circuitu eorum:  
et puenit ad regem nomen eius.  
et deprelījs iudei narrabant om  
nes gentes.

**E**t audivit autē antioch⁹ ser  
mones istos. iratus est animo: et  
misit et congregauit exercitum  
uniuersi regni sui. castra fortia  
ualde. Et apuit granum suum  
et dedit stipendia exercitu in  
annum: et mandauit illis ut  
essent parati ad omnia. Et ui  
dit qđ defecit pecunia de thesau  
ris. et tributa regionis modica  
pter dissensionem et plagā quā  
fecit in terra. ut tolleret legitima  
quę erant a primis diebus: et ti  
muit ne non haberet et semel  
et bis in sumptus. et donativa.  
quę dederat ante larga manu  
et abundauerat sup reges qui  
ante eum fuerant. consternat⁹  
erat animo ualde. et cogitauit  
ire in psidem ut accipet tributa  
regionū. et congregaret argen  
tum multū. Et reliquit lysiā  
homine nobilem de semine re  
gali sup negotia regia a flumi  
ne euphraten usq; ad flumen  
egypti. ut nutrit antiochū  
filium suū donec rediret. Et  
tradidit ei mediū exercitū et ele  
fantos: et mandauit ei de omni  
bus quę uolebat. et de inhabi  
tantib; iudeam et ierlin. et ut  
mitteret ad eos exercitū ad con  
terendam et extirpandā uirtutē

tem isrl. et reliquias ierlin. et au  
ferendam memoriam eorū de loco.  
et ut constitueret habitatores  
filios alienigenas in omnib; finib;  
eorū. et sorte distribueret terrā  
eorū. Et rex assumpsit partem  
exertitus residui. et exiuit ab  
antiochia ciuitate regni sui.  
anno centesimo et quadragesi  
mo et septimo: et transseruit  
euphraten flumen. et pambu  
labat superiores regiones. Et ele  
git lysias ptolomeū filium dori  
mimi. et micanorē. et gorgiam.  
uiros potentes ex amicis regis:  
et misit cum eis quadraginta  
milia uirorū. et septē milia eq̄  
rum ut uenirent in terrā iuda.  
et disperderent eam scđm uerbū  
regis. Et processerunt ut irēt cū  
uniuersa uirtute sua: et uene  
runt et applicauerunt ammaū  
in terra campestri. Et audierūt  
mercatores regionū nomen eorū:  
et accepunt argentū et aurum  
multum ualde. et pueros. et ue  
nerunt in castra ut accipent fili  
os isrl in seruos. Et additi sunt  
ad eos exertitus syrie: et terre  
alienigenarū. Et uidit iudas  
et fīs eius quia multiplicata  
sunt mala. et exercitū applica  
bat ad fines eorū: et cognoue  
runt uerba regis quę manda  
uit poplō facere in interitum  
et consummationē. et dixerūt  
unusq; ad pximum suum.  
Erigamus deiectionem poplō

nři: et pugnemus pro populo  
nřo. et sc̄is nřis. Et congrega  
tus est conuentus ut essent pa  
rati ad prenum: et ut orarent  
et peterent misericordiam et misera  
tiones. Et ierim non habitaba  
tur: sed erat sicut desertū. Non  
erat qui ingrederec̄ et egredere  
tur de natis eius. et sc̄m concil  
cabatur: et filij alienigenarū  
erant in arte. Ibi erat habita  
tio gentiū. Et ablata est uolup  
tas a iacob: et defecit ibi ubia ic  
tharia. Et cōgregauit uenerit ī māse  
phat. cōt ierim qđ loc' orationē erat ma  
sepbat ante īsrl̄. Et ieiunauerunt il  
la die et induerunt se cibis  
et canere in capite suo: et de  
stituerunt uestimenta sua.  
et expanderunt librū legis de  
quib; scrutabantur gentes si  
militidinē simulachrorū su  
orum fiorū. et attulerunt  
ornamenta sacerdotalia et  
primitias et decimas. et susci  
tauerunt nazareos qui imple  
uerant dies. et clamauerunt  
uoce magna in celū dicentes.  
Quid faciemus uiris istis et qđ  
eos ducemus? Et sc̄a tua concul  
cata sunt. et contaminata s̄t.  
et sacerdotes tui facti sunt in  
luctu et humilitate. Et ecce  
nationes conuenerunt aduer  
sum nos: ut disp̄dant nos. Tu  
sc̄is quę cogitant in nos. Quo  
modo poterimus subsistere  
ante faciem illorū. nisi tu ad

iuies nos? Et tubis exclamaue  
runt uoce magna. Et post hoc  
construxit iudas duces populi tri  
bunos et centuriones. et pente  
contarios et decuriones: et dixit  
bis qui edificabant domos et  
sponsabant uxores. et planta  
bant uineas. et formidolosis.  
ut redirent unusquisq; in do  
mum suā sc̄dm legem. Et mo  
uerunt castra: et collocauerūt  
ad austriū ammaum. Et ait  
iudas. Accingimini et estote  
filij potentes. et estote parati in  
mane ut pugnatis ad uarsus na  
tiones has quę conuenerunt  
disp̄dere nos et sc̄a nřa: qđ me  
luis est nos mori in bello. qđ  
uidere mala gentis nře et sc̄oy.  
Sicut autē fuerit uoluntas in  
celo: sic fiat. Et assumpsit go  
gias quinq; milia uirom̄ et  
mille equites electos: et moue  
runt castra nocte ut applica  
rent ad castra iudeorū. et per  
terent eos subito. Et filij qui  
erant in arte: erant illi duces.  
Et audiuit iudas: et surrexit  
ipse et potentes patere uir  
tutē exercituum regis quę erat  
in ammaum. Adhuc enī dis  
persus erat exercitus a castris.  
Et uenit gorgias in castā iude  
nocte et nemine inuenit: et  
querebat illos in montib; qđ  
dixit fugiunt hi a nobis. Et  
cum dies factus esset apparuit  
iudas in campo cum trib; milib;

uirorū tantum: quia tegumen  
ta et gladios non habebant. Et  
uiderunt castra gentiū ualida.  
et loricatos. et equitatū in circu  
itu eorū: et hī dochū ad preliū.  
Et ait iudas uiris suis qui secū  
erant. Ne timueritis multatu  
dine eorum: et impetu eorum  
ne formidetis. Mementote quā  
ter salvi facti sunt patres nři  
in mari rubro: cum sequerent  
eos pharao cum exercitu multo.  
Et nunc clamemus in celum  
et miserebitur nři dñs. et me  
mor erit testamenti patrū no  
strorū. et conteret exercitum  
istum ante faciem nřam hodie:  
et scient om̄s gentes quia est q̄  
redimiat et liberet isrl. Et le  
uauerunt alienigenę oculos  
suos. et uiderunt eos uenientes  
exaduerso: et exierunt de ca  
stris in prelio. Et tuba cecine  
runt hī qui fuerant cū iuda:  
et congressi sunt. Et contrite  
sunt gentes et fugerunt in cā  
pum: nouissimi autē cecide  
runt in gladio. Et psecuta s̄t  
eos usq; gazerū: et usq; in cā  
posidumē et azou et iamme.  
et ceciderunt exillis ad tria  
milia uirorū. Et reuersus est  
iudas et exercitus eius sequens  
eum: et dixit ad popl̄m. Non  
concupiscatis spolia. quia bel  
lum contra nos est: et gorgias  
et exercitus eius in monte pro  
pe nos: sed state contra inni

cos nřos et expugnate eos. et post  
hoc sumetis spolia. Et adhuc lo  
quente iuda: ecce apparuit pars  
quedam p̄spiciens de monte.  
Et uidit gorgias quod in fugā  
conuersi sunt sui: et succensā  
sunt castra. Fumus eī qui ui  
debantur: declarabat qđ factū  
est. Quib; illis conspectis timue  
runt ualde: aspicientes simul  
et iudam et exercitū in campo  
paratū ad prelium. Et fugerūt  
om̄s in campum alienigenarū:  
et iudas reuersus est ad spolia  
castrorū. Et accepunt aurū  
multū. et biacintū. et argentiū.  
et purpurā marinā et opes ma  
gnas. Et conuersi hymnum  
canebant et benedicebant dñm  
in celum: qm̄ bonus est. qm̄ in  
scīm misericordia eius. Et facta est  
satus magna in isrl: in illa die.  
Qui cūq; autē alienigenarū  
euaserunt. uenerunt et nun  
tiauerunt lysis uniuersa q̄  
acciderant. Quib; auditis ille  
consternatus animo deficie  
bat: qđ non qualia uoluit  
talia contingerunt in isrl. et  
quali mandauit rex.

 Et sequenti anno congrega  
uit electorū uirorū sexaginta  
milia. et equitū quinq; milia:  
ut debellaret eos. Et uenerūt  
in iudeam: et castra posuerūt  
in bethoron. Et occurrit illis  
iudas cum decem milib; uiris:  
et uiderunt exercitū fortē

et orauit et dixit Benedictus  
es saluator isrl qui contruisti  
impetū potenter in manu ser-  
ui tui dauid: et tradidisti ca-  
stra alienigenarū in manus  
ionathē filij saul. et armigeri  
eius. Concluse et exercitum  
istum in manu poplī tui isrl:  
et confundantur in exercitu  
suo et equitibus. Da illis formi-  
dinē. et tabefac audaciā vir-  
tutis eorum: et commoueant  
contritione sua. Deice eos gla-  
dio diligentium te: et collau-  
dent te om̄is qui nouerunt te  
et nomen tuum in hymnis.  
Et commiserunt: et ceciderūt  
de exercitu lysie quinq; milia  
iuronū. Cidens autē lysias su-  
orum fugā. et iudeonū auda-  
ciam. et qd̄ parati sunt aut ui-  
uere aut mori fortiter: abiit  
ad antiochiam et elegit mili-  
tes. ut multiplicati rursus ue-  
nirent in iudeam. Dixit autē  
iudas et fr̄s eius. Ecce con-  
tri sunt inimici nři: ascendam  
nunc mundare sancta. et re-  
nouare. Et congregatus est  
om̄is exercitus et ascenderunt  
in monte syon: et uiderunt  
sanctificationē desertam et  
altare pfanatum. et portas  
exustas. et in atrijs uirgulta-  
nata sicut in saltu uel monti-  
bus et pastoforia diruta. et  
sciderunt uestimenta sua et  
plaxerunt plandu magno

et imposuerunt cinerē super  
caput suū. et ceciderunt in fa-  
ciem sup terrā. et exclamaue-  
runt tubis signorū. et clama-  
uerunt in celum.  
**T**unc ordinauit iudas viros  
suos qui pugnarent aduersus  
eos qui erant in arte: donec emū-  
darent scā. Et elegit sacerdotes  
sine macula. uoluntatē haben-  
tes in lege dei: et emundauerūt  
scā. et tulerunt lapides conta-  
minationis in locū immundū.  
Et cogitauit de altari holocau-  
storū quod pfanatum erat: quid  
de eo faceret. Et incidit illi con-  
silium bonū ut destrueret illud:  
ne forte esset illis in opprobriū  
quia contaminauerunt illud  
gentes. Et demoliti sunt illud:  
et reposuerunt lapides in mon-  
te domus in loco apto. quo ad-  
usq; ueniret ap̄pha et responde-  
ret de eis. Et accepunt lapides  
integros secundum legē: et edi-  
fickerunt altare nouum scđm  
illud quod fuit prius. Et edi-  
fickerunt scā et quę intra do-  
mū intrinsecus: et edem et atā  
sanctificauerunt. Et fecerunt  
uasa scā noua. et intulerunt can-  
delabrum et altare incensorū  
et mensam in templū: et incen-  
sum posuerū sup altare. et ac-  
cenderunt lucernas quę sup  
candelabru erant et lucebant  
in templo. Posuerunt sup men-  
sam panes. et appenderunt ue-

la: et consummaverunt omnia  
opera que fecerunt. Et ante ma-  
tutinū surrexerunt. quinta  
et uicesima mensis nomi. hic  
est mensis casleu. centesimi q̄  
dragesimi octauii anni: et obtu-  
lerunt sacrificiū scđm legē sup  
altare holocaustū nouum:  
quod fecerunt. Scđm tempus  
et scđm diem in qua contami-  
nauerunt illud gentes: mis-  
sa renouatū est in cantis et  
citharis. et cynaris. et cimbalis.  
Et cecidit omnis popl's in faciem:  
et adorauerunt et benedixerūt  
in celum dñm qui p̄spauit eis.  
Et fecerunt dedicationē alta-  
ris dieb; octo: et obtulerunt ho-  
locausta cum leticia et saluta-  
ria laudis. Et ornauerunt fa-  
ciem templi coronis auris et  
scutulis. et dedicauerunt por-  
tas et pastoforia. et imposue-  
runt eis ianuas. Et facta est  
leticia in popl'o magna ualde:  
et auersum est opprobrium.  
gentium. Et statuit iudas et  
fr̄s eius et uniuersa ecclia isrl̄  
ut agatur dies dedicationis al-  
taris in temporib; suis ab an-  
no in annum p̄ dies octo: aq̄n-  
ta et uicesima mensis casleu.  
cum leticia et gaudio. Et edi-  
ficauerunt in tempore illo mo-  
tem syon. et parvatum muros  
altos: et turrem firmam. nequa-  
ndo uenirent gentes et concul-  
carent eum sicut ante fecerūt.

Et collocauit illic exercitū ut  
seruarent eū: et munuit eū  
ad custodiendam bethsuram.  
et haberet popl's munitionē  
contra faciem idumeę.   
**E**t factum est ut audierunt  
gentes in circuitu q̄a edificatiū  
est altare et scūarium sicut  
prius: irate sunt ualde. et co-  
gitabant tollere genus iacob  
qui erant inter eos. et cepunt  
occidere de poplō et p̄sequi.  
Et debellabat iudas filios esau  
in idumea. et eos qui erant  
in acrabathanen. quia circūsi-  
debant israelitas: et percussit  
eos plaga magna. Et recorda-  
tus est maliciam filiorū beān.  
qui erant poplō in laqueum  
et in scandalum insidiantes  
ei in iudea: et conclusi sunt ab  
eo in turribus. Et applicauit  
ad eos. et anathematizauit  
eos. et incendit turrem eorum  
igni cum omnib; qui in eis erāt.  
Et transiit ad filios ammon:  
et inuenit manū fortē et  
popl'm copiosum. et thymothe-  
um ducem eorū. et commisit  
cum eis prelia multa. Et con-  
triti sunt in conspectu eorū  
et percussit eos. et cepit gazer  
ciuitatē et filias eius: et reuer-  
sus est in iudeam. Et congre-  
gate gentes sunt que sunt in  
galaad aduersus israelitas qui  
erant in finib; eorū ut tolle-  
rent eos: et fugerunt in da-

themā munitionē. et miserūt  
litteras ad iudam et fr̄s eius di-  
centes. Congregat̄ sunt gen-  
tes aduersum nos p̄ circuitum  
ut auferant nos. et parant ue-  
nire et occupare munitionē  
in quā confugimus. et thimo-  
theus est dux exeritus eorū.  
**N**unc ergo ueni eripe nos de  
manib; eorū. quia cecidit mul-  
titudo de nobis. et om̄s fr̄s nři  
qui erant in locis ubiq; inter-  
fecti sunt. et captiuas abduxer-  
unt uxores eorū. et natos et  
spolia. et pemerunt illic fer-  
me mille viros. Et adhuc epi-  
stole legebantur. et ecce alij  
mūtū uenerunt de galilea  
conscissis tunicis. nuntiantes  
scdm uerba hęc dicentes. con-  
uenisse aduersum se a ptolo-  
maida et tyro. et sydone. et  
om̄i galilea alienigenas. ut  
nos consumant. Ut audiuit  
autē iudas et popl̄s sermo-  
nes istos. conuenit ecclia ma-  
gna cogitare quid facerent  
fratribus suis qui in tribulati-  
one erant. et expugnaban-  
tur ab eis.

**D**ixitq; iudas symoni fr̄i suo.  
Eluge ubi viros. et uade et li-  
bera fr̄s tuos in galilea. Ego  
enī et frater meus ionathas  
ibimus in galadithm. Et re-  
liquit iosephum filiū zacha-  
rie et azariam duces popl̄.  
cum residuo exercitum inu-

dea ad custodiam: et precepit  
illis dicens. Preestote populo  
hinc. et nolite bellū committe-  
re aduersus gentes: donec re-  
uertamur. Et dati sunt symo-  
ni uiri tria milia ut irret in ga-  
lideam: iudeę autē octo milia  
in galadithm. Et abiit symon  
in galileam: et commisit pre-  
lia multa cum gentib;. Et cō-  
trite sunt gentes a facie eius:  
et p̄secutus est eos usq; ad por-  
tam ptolomaidis. Et ceciderūt  
de gentib; fere tria milia uiro-  
rum: et accepit spolia eorum.  
Et assumpsit eos qui erant in  
galilea et in arbatis. cū uxori-  
bus et natib; et om̄ib; que erāt  
illis: et adduxit in iudeam cū  
leticia magna.

**E**t iudas machabeus et ionas  
thas et fr̄s eius transierunt  
iordanen: et abierunt uiam  
trium dierum p̄ desertū. Et  
occurserunt eis nabuthei. et  
suscepunt eos pacifice: et nar-  
rauerunt eis omnia que acci-  
derant fratrib; eorū in gala-  
dithide. et quia multi ex eis  
comprehensi sunt in basara.  
et bosor. et in alminis. et in cas-  
phor. et in aged. et carnain.  
Heę om̄s ciuitates munitę et  
magnę. Sed et in ceteris ciuita-  
tib; galadithidis tenentur cō-  
prehensi: et in crastinū con-  
stituerunt admouere exerci-  
tum ciuitatib; his et compre-

bendere et tollere eos in una die.  
Et conuerit iudas et exercitus  
eius uiam in desertum bosoꝝ re  
pente: et occupauit ciuitatem  
et occidit omnem masculū in  
ore gladij. et accepit om̄ia spo  
lia eorū et succendit eam igni.  
Et surrexerunt inde nocte: et  
ibant usq; ad munitionē. Et  
factum est diluculo cū alleuas  
sent oculos suos: et ecce popl̄s  
multus cuius non erat nume  
rus portantes scalas et machi  
nas ut comprehendenderent mu  
nitionē. et expugnarent eos.  
Et uidit iudas quia cepit bel  
lum. et clamor belli ascendit  
in celum sicut tubē. et clamor  
magnus de ciuitate: et dixit  
exercituſ suo. Pugnate hodie  
p fr̄ib; ur̄is. Et uenit trib; or  
dimb; post eos: et exclamauerit  
tubis: clamauerit oratione. Et cogno  
uerit castra timothei quia  
machabeus est: et refugerūt  
a facie eius. Et p auferunt  
eos plaga magna: et ceciderūt  
ex eis in illa die fere octo milia  
uirorum. Et diuertit iudas in  
maspha et expugnauit et ce  
pit eam et occidit omnē mas  
culum eius: et sumpsit spolia  
eius. et succendit eam igni. In  
de prexit: et cepit casbon. et  
maged. et bosoꝝ. et reliquias ci  
uitates galadithidis. Post hec  
autē uerba: congregauit timo  
theus exercitū alium. et castra

posuit contra rafon trans tor  
rente. Et misit iudas speculari  
exercitū. et renuntiauerunt ei  
dicentes. quia conuenierunt ad  
eum om̄is gentes: que in circu  
tu n̄ō sunt. exercitus multis  
numis. et arabes conduxerunt  
in auxilium sibi. et castra po  
suerunt trans torrentē. para  
uemire ad te in prelūm. Et abiit  
iudas obuiam illis. Et ait timo  
theus principib; exercitus sui.  
Cum appropiauerit iudas et  
exercitus eius ad torrentē aquę:  
si transierit ad nos prior n̄ poter  
imus sustinere eū q̄ apotēs po  
terit aduersum nos. Si uero ti  
muerit transire et posuerit  
castra circa flumen: transfre  
temus ad eos. et poterimus ad  
uersus illum. Ut autē appropin  
quauit iudas ad torrentē aquę:  
statuit scribas popl̄i circa tor  
rentē. et mandauit eis dicens.  
Neminē hominū reliqueritis:  
sed ueniant om̄is in prelūm.  
Et transfretauit ad illos p̄or.  
et om̄is popl̄s post eum: et con  
trite sunt ante faciem eorum  
om̄is gentes. et piecerunt arma  
sua et fuderunt ad sanū qđ  
est in carnām. Et occupauit  
ipsam ciuitatē. et sanū suc  
cendit igni cum om̄ib; qui  
erant in ipso: et oppressa est  
carnām. et non potuit susti  
nere contra faciem iudeę. Et  
congregauit iudas uniueros

israelitas qui erant in galadithi de a minimo usq; ad maximū et uxores eorū et natos et exercitum magnū ualde: ut uenirent in terram iuda. Et uenerunt usq; efron. Et hęc ciuitas magna in ingressu posita munita ualde: et non erat de clmare ab ea dextra uel sinistra sed p mediam iter erat. Et incluserunt se qui erant in ciuitate: et obstruxerunt portas lapidib;. Et misit ad eos iudas: uerbis pacificis dicens. Transeamus p terrā urām ut eamus in terram nrām: et nemo uobis nocebit. Tantum pedib; transibimus. Et nolebant eis apire. Et precepit iudas predicari in castris: ut applicarent unusquisq; in quo erant loco. Et applicuerunt se uiri uirtutis: et oppugnauit ciuitatē illā tota die et tota nocte. Et traxita est ciuitas in manū eius: et pemerunt omnē masculū in ore gladij. Et eradicauit eam et accepit spolia eius: et transiit p totam ciuitatē super interfatos. Et transgressi sunt iordanen in campo magno contra faciem bethsan: et erat iudas congregans extremos et exhortabatur poplēm p totam viam. donec uenerunt in terram iuda. Et ascenderunt in montē syon cum leticia et gaudio: et obtulerunt holo-

causta. quod nemo eorū cecidisset donec reueterentur in pace.

**E**t in dieb; quib; erat iudas et ionathas in terra galaad. et symon frater eius in galilea contra faciem ptolemaidis: audiuit iosephus zacharie filius et azarias princeps uirtutis res bene gestas et prelia que facta sunt. et dixit. Faciamus et ipsi nobis nomen: et eamus pugnare aduersum gentes que in circuitu nrō sunt. Et precepit his qui erant in exercitu suo: et abierunt ianniam. Et exiuit gorgias de ciuitate et uiri eius obuiam illis. in pugnā: et fugati sunt iosephus et azarias usq; in fines iudee. Et cederunt illa die de poplo nisi: ad duo milia uiri. Et facta est fuga magna in poplo. qui non audierunt iudam et fratres eius: existimantes se fortiter facturos. Ipsī autē non erant de semine uirom illorum: p quos salus facta est in iis. Et uiri iuda magnificati sunt ualde in conspectu omnis isrl et gentium omnium: ubi audiebatur nomen eorum. Et conuenerunt ad eos fausta clamantes. Et exiuit iudas et fr̄s eius et expugnabant filios esau in terra que ad austriū est: et percussit cebron et filias eius. et muros eius et turrem succensi sunt in

circum. Et mouit castra ut iret  
in terram alienigenarū: et p-  
ambulabat samariam. In illa  
die ceciderunt sacerdotes in bel-  
lo dum uolunt fortiter facere:  
dum sine consilio exierunt in  
predium. Et declinauit iudas  
in azotum in terrā alienigena-  
rum: et uidit aras eorū et spo-  
lia deorū ipsorū succendit igni.  
Et cepit spolia ciuitatū. et re-  
uersus est in terrā iuda.

F. vi.  
**E**t rex antiochus pambulauit  
superiores regiones: et audiuit  
esse ciuitatē elymaidē in pside.  
nobilissimā et copiosam in ar-  
gento et auro: templumq; in  
ea locuples ualde. et illuc uela-  
mina aurea et lorice et scuta  
que reliquit alexander phi-  
lippi rex macedo qui regnauit  
primus in grecia. Et uenit. et  
querebat ciuitatē cape et pre-  
dari eam et non potuit: qm̄  
innocuit sermo his qui erant  
in ciuitate. et insurrexerunt  
in predium. Et fugit inde: et  
abijt cum tristitia magna. et  
reuersus est babyloniā. Et  
uenit qui nunciaret ei in psi  
de quia fugata sunt castra  
que erant in terra iuda: et qd̄  
abijt lysias cum uirtute forti  
in primis. et fugatus est a facie  
iudeorū: et inuaderunt armis  
et uirib; et spolijs multis que  
cepunt. et quia diruerunt ab  
hominationē quam edificaue-

rat sup altare quod erat in iherim.  
Et sanctificationē sicut p̄ us cir-  
cundederunt muris excelsis. sed  
et bethsuram ciuitatē suā. Et  
factum est cum audiuit rex  
sermones istos. expauit et com-  
motus est ualde: et decidit in  
lectum et incidit in languore  
pre tristitia. quia non est factū  
sicut cogitabat. Et erat illuc dies  
multos: quia renouata est in eo  
tristitia magna. Et arbitratus  
est se mori. et uocauit om̄s ami-  
cos suos: et dixit illis. Recessit so-  
nus ab oculis meis. et concidi et  
corrui corde pre sollicitudine:  
et dixi in corde meo. In quantā  
tribulationē deueni. et in quos  
fluctus tristiciē in qua nunc su-  
quia iocundus eram et dilectus  
in potestate mea. Nunc uero  
reminiscor malorum que fui  
in iherim. unde abstuli omnia  
spolia et uasa aurea et argen-  
tea que erant in ea: et misi au-  
ferri habitantes iudeam sine cau-  
sa. Cognoui ergo quia ppter ea  
inuenerunt me mala ista: et  
ecce perco tristitia magna in ter-  
ra aliena. Et uocauit philip-  
pum unum de amicis suis. et  
preposuit eum sup uniuersū  
regnū suum: et dedit ei diade-  
ma et stolam suā et anulum.  
ut adduceret antiochum filiū  
suum et nutriret eum et regna-  
ret. Et mortuus est illuc antio-  
chus rex: anno centesimo qua-

